germani sancti et soror eorum sancta Flauiana uirgo · cum aliis · xxx^a seruis dei
monachis · iussu impiissimi et crudelissimi agareni mamuche sar-
racenorum ducis · iii · nonas octobris · apud siciliam in portu mesane ciui- (5)-15
tatis · Et iacuerunt corpora sanctorum martirum in arena iuxta mare · iiii^{or} diebus;
Sed hec mare placatur · et iussit crudelissimus dux mamucha · ut ubique
sarraceni dispersi essent confestim ad mare redirent · ut naues
conscenderent et irent · Post decollationem autem beatorum martirum placidi ·
eutitii · donati · flauiane uirginis · et aliorum seruorum dei mona-
chorum xxx martirum · necdum impiissimus sarracenus dux mamucha
de sanguine eorum quem innocentem effundi fecerat · iussit ut monasterium
illud in quo habitauerant incenderetur · et funditus euerteretur · Iussit
autem iiii^{or} diebus post decapitationem sanctorum martirum quorum corpora iacuerunt
iuxta mare in litore omne monasterium est exustum incensum · et solotenus euersum
ita ut etiam fundamenta monasterii per nimiam iram instigante diabolo
sarraceni euellerent · et petras omnes [?] in mare proicerent · Quinto autem
die ualde mane cum adhuc crepusculum esset · dux mamucha
nauem conscendens · et omnis sarraceni cum eo nauem ascenderunt · ibant
sed pro agilitatis magnitudine · nutu dei ecclesia cum esset ampla ualde
non eam succenderunt · neque euerterunt · sed omnibus modis quibus potuerunt
polluerunt et contaminauerunt · Nam uestes quas ibi inuenerunt sceleribus
minutatim [?] perdiderunt · altare domini stercoribus et urinis fedauerunt ·
quem desuper secessum fecerunt · omnia mala que potuerunt inde
fecerunt · et sic cito ad mare currentes nauesque conscenderunt · post
dominum suum nauigabant festinanter · Et cum iam in medio mare essent ·
in faro · et regium tendebant · subito tempestas magna
atque terribilis exorta est · ita ut neque retro redire · neque ultra
procedere possent · sed comprehensi concursu undarum iusto dei iudicio omnes
naues cum hominibus in abissum merse sunt · Post hec autem corpora
martirum iacebant in litore · Veniens autem Gordianus qui aufugiat
et erat absconditus · qui et requirebat eos · noctis tempore ·